

THE ENGLISH  
HISTORICAL REVIEW

*PUBLISHED QUARTERLY*

EDITED BY THE  
REV. MANDELL CREIGHTON, M.A., LL.D.

DIXIE PROFESSOR OF ECCLESIASTICAL HISTORY IN THE  
UNIVERSITY OF CAMBRIDGE

AMERICAN EDITOR, JUSTIN WINBOR, LL.D., Librarian of Harvard College, Cambridge, Massachusetts

VOLUME V.

1890



LONDON  
LONGMANS, GREEN, AND CO.  
AND NEW YORK: 15 EAST 16<sup>th</sup> STREET

1390

esglise auoir receu pour les acquitance des ditz testamentz, dimidiam marcam per Juratos.

Item que xx parochiens de <sup>59</sup> lesglise <sup>60</sup> de Pulton les biens de chescun de c<sup>s</sup> et plus morerent sanz testament faire et ladministracion de lour biens pertient a Lercedekne de Richemond la quele administracion valoit xl s.

summa totalis xlvijij li x<sup>s</sup>.

#### THE TRIAL OF RICHARD WYCHE.

THE following letter of Richard Wyche, whose defence and recantation have been already printed,<sup>1</sup> was recently found in the university library at Prague by Professor Loserth of Czernowitz, the editor of Wyclif's 'Sermons' and 'De Ecclesia,' who was so kind as to make a copy of it, and send it me for publication. The text is unfortunately very corrupt, and the scribe, whose nationality is apparent from such spellings as *Wycz*, has made havoc of the English proper names, some of which it has been found impossible to emend with confidence. In spite of these drawbacks the document is of great interest, as giving what appears to be a true and fair account of the dealing with a person accused of heresy. Evidently the bishop of Durham and his council were not severe and suspicious inquisitors. The tone of their speeches to Wyche is for the most part gentle and persuasive, although not free from references to the consequence of obstinacy, while it must be allowed that his extravagant suppositions as to what might happen under the marriage law of the church were likely to stir them to impatience. The successive adjournments and frequent argument show that the object in view was his recantation rather than his punishment. Indeed it seems that at first all that was required was a formal recantation, which would have been accepted without close inquiry into the private belief of the prisoner. It was probably due to his insistence on the 'pact' that when at last he did recant he had to make special profession of his good faith. Foxe tells us that he afterwards relapsed and was burnt on Tower Hill in 1499, winning such a reputation for sanctity that the site of his martyrdom became a place of pilgrimage.<sup>2</sup>

We naturally desire to fix the date of this trial, but are at once met by a serious difficulty. In the 'Fasciculi Zizaniorum' the bishop's name is given as William, a name which does not occur till the promotion of William Dudley, 1478. I suspect that in the original from which the entry in the 'Fasciculi Zizaniorum' was copied, there stood only the initial W. for Walter (Skirlawe), bishop, 1388—

<sup>59</sup> 'ad Jūr.'

<sup>60</sup> 'quietus.'

<sup>1</sup> *Fasciculi Zizaniorum*, pp. 370-382, 501-505.

<sup>2</sup> *Acts and Monuments*, iii. 702 seq., ed. 1855.

1406. The reference to Purvey's recantation, which took place 28 Feb. 1401, makes it probable that we shall not be far wrong if we date it in that year.

F. D. MATTHEW.

*Gesta cum Richardo Wycz presbytero in Anglia.*

(Cod. Bibl. Univers. Prag. III. G. 11, fol. 89<sup>b</sup>-99<sup>b</sup>)

[fol. 89<sup>b</sup>] Reverende domine et frater. Fraternalitatis Christi gracia vobis et pax a Deo patre nostro et domino Jesu Christo. In prima die recessus mei a vobis, ut ostenderet michi Deus viam per quam ambularem, percussit me casu penali, ut recordarer penas immensas in anima mea quas filius Dei pro peccatis nostris in corpore suo<sup>3</sup> pertulit; ipsi regi seculorum immortalis, invisibili, soli Deo honor et gloria in secula seculorum, Amen. Et sic igitur iter accipiens veni in villam de Chester in<sup>4</sup> Restret et quodammodo in medio ville dimisi<sup>5</sup> thocam meam cum portiforio in hospicio; tamen in Quadragesima dicebatur mihi quod bonus magister Dees Oknolle recepisset illa; cui dulcedinem vite celestis et puritatem et benedictionem plenitudinis gracia prestat pater Jesu. Et propter penam lapsus non bene potui transire et conduxì equum et perveni ad locum istum. Et septima die mensis Decembris accessi ante conspectum episcopi et coram eo negavi conclusiones et similiter me predicasse illas. Et communicavimus de mendicacione Fratrum; et ipsi voluissent me publice asserere quod mendicacio Fratrum spontanea esset perfeccio. Et dixi quod non sit perfeccio, quia contra legem Dei. Et illi: Ecclesia catholica approbavit univoce<sup>6</sup> illam; possunt licite mendicare. Dixi: Paulus dicit: Omnia michi licent sed non expediunt.<sup>7</sup> Et posuerunt michi istud iuramentum, ut iurarem illud, legibus et constitucionibus, in decretis, decretalibus, Sexto et Clementinis contentis, quibus<sup>8</sup> tenetur catholicus firmiter et precise obedire. Et ego peccati consilium et diem aptum. Non, dixerunt, sed habebis tempus usque post prandium. Providebis si volueris. Et sic post Nonam accessi coram episcopo et monestavit me [fol. 90<sup>a</sup>] primo, secundo et tercio, ut iurarem ibidem. Et non respondi ei verbum. Et denunciavit me excommunicatum et misit me in carcerem. Et sic quem pater graciose in via percussit, persecuti sunt et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Rogavi tamen episcopum ut mandaret quod equus meus ad domum suam duceretur et sic quod habui in bursa, dedi reductorì.

Iterum in die Sabbati sequente ductus sum ante episcopum dicentem: Quis licenciavit te predicare in diocesi mea. Ubiunque predicavi, habui licenciam a rectore ecclesie, dixi. At ille: Ipse non habet licenciandi potestatem quemquam. Dixi: Lex nostra dat eis licenciam eligendi quemcumque ydoneum sacerdotem ad iuvandum se in suo ministerio. Non est ita, dixit; et multa alia verba habuimus in ista materia, quia ego dixi quod quilibet sacerdos<sup>9</sup> tenetur ex lege Dei et ex lege canonum predicare evangelium Christi et studere legem Dei. Et allegavi pro me evangelium et Gregorium et alios doctores: et ipsi dixerunt quod faceremus miracula ut<sup>10</sup> ipsi fecerant. Et dixit episcopus: Nos habemus te suspectum et unum

<sup>3</sup> Cod. et corpore suo.

<sup>5</sup> Cod. divisi.

<sup>6</sup> Cod. quis.

<sup>4</sup> Cod. Chest' [i.e. Chester-le-Street] in in.

<sup>7</sup> Univoce: eod. n<sup>d</sup>.

<sup>8</sup> Cod. sacerdotes.

<sup>9</sup> In marg. Iuramentum.

<sup>10</sup> Cod. et.

de secta Lolardorum qui non credunt veritatem Eukaristie.<sup>11</sup> Ideo audiamus fidem tuam super isto articulo fidei. Dixi: Fidem meam libenter volo confiteri. Et dixi: Credo quod dominus Jesus in qua nocte tradebatur<sup>12</sup> accepit panem et gratias agens benedixit et fregit deditque discipulis suis dicens: Accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc est corpus meum. Similiter credo quod ista hostia consecrata post consecrationem est verum corpus Domini, et ista eadem hostia divisa in tres partes vel in quocumque quelibet pars sit divisa est verum corpus Christi in forma panis. At ille: Credis quod post consecrationem ibi est vera caro Christi et verus sanguis?<sup>13</sup> Credo, dixi, quod illa hostia est vera caro Christi et verus sanguis. At ille: An est ibi panis post consecrationem? Et turbatus fui aequaliter, non habens spiritum magni consilii qui in me loqueretur. Tunc dixit archidiaconus Donelme: Ecce quomodo titubatur in fide. Non, dixi, quia credo quod illa hostia est verum corpus Domini in forma panis. Cancellarius dixit: Hoc est falsum. Non est corpus [fol. 90<sup>b</sup>] Domini in forma panis. Archidiaconus dixit: Est corpus Christi in specie panis, non in forma. Dixi: Tunc totus populus est extra fidem. Et respexi populum: Nedom creditis, dixi, Eukaristiam esse corpus Christi in forma panis? Non, responderunt. Ego autem sic credo.<sup>14</sup> Cancellarius dixit: An est ibi panis materialis vel non? Scriptura sacra, dixi, non vocat illam hostiam panem materiale, quapropter nolo<sup>15</sup> idem credere ut articulum fidei; et tunc plura verba alia huiusmodi. Sed iste quodammodo effectus illius diei. Et sic missus in carcerem postea infra Natale Domini ductus sum ante conspectum magistri Augustinus<sup>16</sup> Novicastro<sup>17</sup> et consilii episcopi. Archidiaconus dixit ut dicerem fidem meam Eukaristie, et dixi eodem modo ut prescribitur. Et duo milites ibidem scilicet a latere sedentes dixerunt: Apparet nobis quod ipse bene credit. Magister dixit: Accidencia, dixit, dividuntur illa hostia; dixi, dividuntur. Archidiaconus: An est illa hostia panis materialis vel non? Non teneor, dixi, credere aliter quam scriptura sacra loquitur. Credo, dixi, quod Christus accepit panem in manibus suis et dixit: Hoc est corpus meum. Istud est fides sufficiens cuilibet christiano. Nolo me intromittere de pane materiali. Sufficit christiano dicere, sicut scriptura dicit. Tunc archidiaconus quesivit an vellem iurare illud iuramentum. Non, dixi. Quare? Quia ex illo sequitur, dixi, quod quilibet sacerdos existens in peccato mortali non habeat potestatem conficiendi sacramentum altaris nec ligandi et solvendi. Quomodo idem? Si, dixi, quilibet transgrediens preceptum Domini peccat mortaliter, et quilibet talis non habet potestatem huiusmodi, ergo. Quomodo minor? Sic: Quilibet transgrediens preceptum sedis apostolice non habet huiusmodi potestatem, ergo a forciori transgrediens preceptum Domini etc. Maior sic: Quilibet transgrediens preceptum sedis apostolice est hereticus, sed quilibet talis non habet huiusmodi potestatem, ergo. Probetis minorem, dixerunt. Est textus legis vestre, dixi. Non est ita, dixit cancellarius. Pro certo est, dixi. Tunc magister glosavit textum, tamen ex virtute iuramenti ipse tenetur obedire legi et non glose, et sicut [fol. 91<sup>a</sup>] michi apparet argumentum est solutum.

<sup>11</sup> In marg. *De veritate Eukaristie.*

<sup>12</sup> Cod. *sanguinis.*      <sup>13</sup> Cod. *si credo.*

<sup>14</sup> So always for *Augustinensium.*

<sup>15</sup> Cod. *tra.*

<sup>16</sup> Cod. *volo.*

<sup>17</sup> Cod. *Noviclist.*

Et quesierunt a me, utrum esset de necessitate salutis ut quis confiteatur vocaliter. Necessarium est, dixi. Cancellarius dixit: Deus scit tu dices nobis cui et quando antequam abhinc recesseris. Sicut Deus voluerit ita fiat mihi,<sup>18</sup> ut apparet mihi, dixi. Deriserunt. In confessionibus, dixi, quia non desistunt a peccatis, et multa alia verba. Sed hic quodammodo effectus illius diei.

Et in crastino venit magister Augustinus ad me in carcerem et multa blandia verba et utilia michi loquebatur, promittens quod dominus suus, comes vel episcopus promoveret me, si consentirem eis. Et licet vera essent que dixi, tamen ex quo omnes uno ore contra me sunt, assentirem eis, et ipse poneret animam suam in parte pro me et specialiter oraret pro me in missa per unum annum. Sciat pro certo, dixi, invenietis opera vestra satis pro vobismet in die iudicii. Et dixit: Nisi egeris secundum consilium eorum, vis comburi. Sicut Deus voluerit, dixi, fiat. Et recessit.

Et circa tres septimanas post ductus sum<sup>19</sup> ante conspectum episcopi et quesivit quare nolui iurare hoc iuramentum coram me. Et nos diligimus animas nostras tam bene sicut et tu. Pro certo ego non teneo obedire alicui legi nec mandato cuiuscunque, nisi de quanto sit consonum legi Dei et in tantum volo obedire libenter. At illi: Quis erit iudex ad iudicandum quod sit consonum legi Dei? An non lex Dei, dixi, que iudicabit nos in novissimo die, ut ipsemet Christus dicit? Et ibi erat magister in theologia frater Minor. Et episcopus commendavit ipsum et quesivit annos magisterii sui. Et magister dixit quod stetit magister in theologia per quadraginta annos. Et multipliciter commendavit leges papales. Et episcopus quesivit a me causam quare nolui iurare illud iuramentum. Et dixit quia stat in casu legis quod homo matrimonialiter copulatus matri sue non potest per legem absolvi ab illa, sed uti tamquam uxore; et ex<sup>20</sup> hoc christianus non tenetur illi legi et in divorcio sunt plures casus, in quibus catholicus non tenetur obedire legi; et posui unum [fol. 91<sup>b</sup>] casum contraccionis filii cum matre. Et ipsi dixerunt quod casus ille non sit in libris. Dixi: Lex tamen ista est in libris, quod non possunt divorciari stante casu. Et ipsi deriserunt me, et tunc cancellarius legebat legem que prohibet sacerdotes desponsari. Et quesiverunt an illa esset bona. Dixi: Utinam sacerdotes vellent virtualiter custodire illam legem. At ille: Ista lex contrariatur textui Pauli. Quomodo? dixi. At ille: Paulus dicit quod quilibet habeat suam uxorem. Ita, dixi; sed addit, propter fornicacionem. Bene, dixit episcopus, tunc propter fornicacionem quilibet haberet uxorem suam. Sic intelligo, dixi, quod quilibet sacerdos cicius quam fornicaretur duceret uxorem. Et nitabantur stabilire legem papalem maioris auctoritatis esse quam evangelium Pauli. Et sic dixit cancellarius. Et magister dixit: Tu obedires preposito tuo, ut docet Paulus dicens: Obedite prepositis vestris. Sic volo, dixi, sicut idem dicit, quia dixit: Obedite dominis vestris tamquam Deo. Et ex quo Deus non potest mandare cuiquam nisi mandatum sui impleri, dicatis mihi voluntatem suam, et implebo si Deus voluerit. Vos estis ministri Dei et non debetis precipere aliquid nisi quod Christus precipit in vobis, quia Petrus dicit: Si quis loquitur, loquatur quasi sermones Dei. Tunc magister: O quando audisti Christum loquentem in te?

<sup>18</sup> Cod. *stat multi.*<sup>19</sup> Cod. *sum.*<sup>20</sup> *Ex om. Cod.*

Quando audio verba sua locuta a quoquam. Et multa alia verba fuerunt, sed hec est sententia. Et sic missus sum in carcerem circa decem dies. Post venit miles missus ab episcopo ad tractandum mecum super iuramento supradicto. Et apparuit michi quod ille esset solidus homo. Et venit cum eo cancellarius et notarius presbyter. Et miles sedebat, illi autem steterant. Et miles dixit: Ricarde, libenter vellem ut bene esset verbum. Eciam libenter ad hoc laborate. Dicatis michi, rogo, causam quare non vultis iurare hoc iuramentum. Et dixi sibi tres causas quarum una fuit quam narraui episcopo de filio desponsato matri. Et cancellarius dixit quod illa causa non fuit in tota lege. Dixi: Potest tamen iste casus evenire; in pluribus casibus divorcii cotidie contingentibus non [fol. 92<sup>a</sup>] tenentur fideles legi obedire, quia, si sic, infringerent preceptum Dei. At ille: Quomodo velles tu iudicare in talibus? Deus scit, dixi. Tunc dixit miles: Ista causa non pertinebit iuramento tuo. Bene, dixi. Alia causa est, quia in casu quo quis infideliter accusetur et hoc iudex scit bene, tamen si actor habuerit falsos testes contra istum insontem et oportet iudicem per legem ipsum insontem condemnare, quod non faceret iudex christianus. Nec ista causa pertinebit iuramento tuo. Bene, dixi. Alia causa est quod quibuscunque legibus vel constitutionibus quis tenetur obedire, illas tenetur implere leges illas contentas quatuor libris. Similiter non teneris obedire alicui legi nec precepto cuiuscunque nisi in quantum sit consonum voluntati Dei. Laicus non tenetur obedire legibus pertinentibus ad officium pape, episcoporum vel sacerdotum, quia non tenetur implere illas. Bene dicis, dixit. Ego non teneor, inquit, sedere et audire confessiones. Tunc dixit: Ricarde, potesne invenire in conscientia tua ad obediendum legi ecclesie catholice in quantum ad te pertinet? Eciam, dixi, quia scio quod lex Dei est lex ecclesie catholice et absit quin obedirem legi Dei nostri in quantum ad me pertinet. At ille: Tu bene dicis. Custodias istud in corde tuo et sit istud iuramentum tuum, et iures tu istud in corde tuo limitatum. Bene, domine. Sed vos scitis bene, dixi, si reciperem iuramentum a iudice, oportet me recipere secundum intentum iudicis et non secundum meum. At ille: Pro certo scias, quod dominus meus reciperet a te iuramentum istud, quia sum missus a Domino meo ad te ad tractandum tecum super isto iuramento. Et si volueris sic facere, dominus meus absolvet te ab alio iuramento et sic facies bonum finem. Melius est tibi sic facere quam taliter incarcerari. Vellem, dixi, liberari libenter, si Deo placeret. Sed de uno, inquit,<sup>21</sup> oportet te cavere, ut quodcunque iuramentum tibi demonstraverit, non petas questiones super illo, quia subditus non peteret tales questiones a suo superiori, quia olla non petit a figulo, Cur me ad istum usum fingis<sup>22</sup> vel ad istum. Et dominus meus est quodammodo capitosus [fol. 92<sup>b</sup>] scilicet testis.<sup>23</sup> Et si volueris consentire ad istum finem, volo, si volueris, transire ad dominum meum et tractare ad finem. Dixi, volo<sup>24</sup> libenter si dominus meus voluerit facere sicut vos dicitis et recipere a me istud iuramentum limitatum in corde meo, hoc est, quod teneor obedire legi Dei, in quantum ad me pertinet. Eciam dixit: Ne dubites. Tunc dixit cancellarius: Per Deum, tu iuras sicut nos volumus antequam recesseris. Non respondi ei verbum. Et miles surrexit. Et cum stetisset in hostio domus, dixit: Richarde, in fide, vis tu tenere pactum de istis que dixisti?

<sup>21</sup> Cod. *inquit*.    <sup>22</sup> Cod. *fertis fingis*.    <sup>23</sup> Cod. *s. testis*.    <sup>24</sup> *Volo*: Cod. *vobis*.

Eciam, si dominus meus voluerit tenere pactum de quibus vos dixistis. Eciam, scias illud pro certo et recessit. Et istud fuit in die Sabbato post Nonam. Et in crastino ductus sum ante episcopum circa horam primam. Et dederunt mihi iuramentum scriptum plene iniquitate ut legerem per me ipsum. Et legi illud ter. Et ista est quodammodo sententia :

Ego Richardus Vicz Virgونيensis<sup>26</sup> diocesis iuro quod quilibet catholicus tenetur firmiter et precise legibus et constitutionibus in Decretis, Decretalibus, Sexto et Clementinis contentis et, quantum ad me attinet, volo obedire eisdem et si contingat me in posterum aliquid contra easdem predicare me in heresim lapsum confiteor, eciam, si quos contra eos libros habeo, circa diem Pasce ad episcopum destinare. Et cum legissem istud iuramentum, cogitavi super pacto et quod pepigi me non petere questiones super iuramento ab eis donato, transivi ad militem stantem iuxta ignem ante formulam et dixi ei : Istud non est iuramentum pacti. Istud iuramentum nunquam iurabo. Non, dixit, iures tu iuramentum tibi in corde tuo limitatum ? Bene, dixi ; volo. Et episcopus sedebat super formula et genu flectebam. Et dixi episcopo : Domine, iuramentum pacti mihi modo limitatum in corde a magistro meo hic<sup>26</sup> milite ad iurandum volo iurare si volueritis. At ille : Iures tunc. Pone manum super librum. Et posui, et ipsi legerunt illud iuramentum ; et cum legissent, osculatus sum librum ; speravi episcopum non recepturum a me nisi iuramentum pacti, sicut et pactum voluit, si veritas staret [fol. 98<sup>a</sup>]. Et tunc dederunt michi ad legendum unum iuramentum de fide sua eukaristie et aliud ex confessione ut iurarem. Et iuramentum eukaristie incipit hoc modo : Catholice est tenendum quod inferius hic scribitur. Quia videntes quod nolui<sup>27</sup> iurare illud miserunt postea illud michi in carcerem ad declarandum. Et dixi eis quod nolui<sup>27</sup> iurare illud iuramentum eucharistie. Et ille vetus magister frater Minor dixit : Tu teneris ex virtute iuramenti tui istud iurare ; timui valde dolum in isto iuramento. Et tunc dixi : Non teneor iurare illud, nec volo. Tunc episcopus allegavit michi Berengarium et precepit ut legerent michi revocationem eius. Et legerunt michi illud non esse contra evangelium quod quilibet tenetur credere. Sicut et Christus dicit et sic ego credo. Quomodo credis prius, dixit. Et dixi eis eodem modo sicut superius. Et rogavi episcopum ut quidquid desideraret me credere ut articulum fidei ut istud demonstraret michi in lege Dei. Et magister : Non vis tu credere, nisi demonstraremus tibi illud in lege Dei. Tunc dixi : Non curo quicumque michi demonstraverit, et credam, quia omnino oportet me, ex quo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, audire illud a Christo et ab homine ; et alius episcopus quodammodo nulla. Sed dixit : Augustinus dicit : Quoniam crederem quod lex Dei esset fides nisi quod ecclesia approbaret illam. Et sic ex quo ecclesia approbavit istud iuramentum esse fidem oportet nos credere. Pro certo, dixi, scio quod ecclesia fundatur super petram et sic super fidem et non fides super ecclesiam. Et similiter illud Augustinus dicit, Si Augustinus dixerit, Noli credere ; sed Christus dicit, Ve qui non credit. Et illud episcopus dixit, quod Jacobus et ego subvertimus populum in Northumbria,<sup>28</sup>

<sup>26</sup> For *Virgونيensis*.

<sup>27</sup> Cod. *volui*.

<sup>26</sup> *Hic ; scilicet coram*.

<sup>28</sup> Cod. *Eforthumbria*.

et magister frater Minor quesivit, Ex quo credo quod illa hostia est corpus Domini in forma panis vel forma panis materialis vel non ?<sup>29</sup> Nunquam vidi, dixi, in scriptura sacra istum terminum 'materialis.' Tamen, dixi, Paulus dicit: Panem quem frangimus nonne communicatio corporis Domini est? Ecce loquitur heresim, dixit Frater, quia dicit quod est [fol. 93<sup>b</sup>] panis. Dixi: Non sunt verba mea sed verba sancti Pauli. Hereticatis ipsum si volueritis per legem Dei. Nullus adderet legi Dei nec diminueret aliquid in ea. Non est verum, dixerunt, quia ad verba adduntur ista dicta. Nam sic dicendo: Hoc est enim corpus meum et Christus dicit: Hoc est corpus meum. Dixi: Non est additio sed affirmatio. Et multa huiusmodi de isto. Et tunc pecierunt me de iuramento confessionis (quod fuit istud in sententia, quod est de necessitate salutis anime cuiuscunque vocaliter confiteri) iurari illud. Et licet bonus Wicleff illud negat, tamen in fide non discrepavimus, quia ille negavit ad modum loquendi sophistarum. Et ego concessi ad modum loquendi scripture: Quelibet virtus est de necessitate salutis anime cuiuslibet. Tunc cancellarius dixit episcopo: Domine, queratis ab eo, quando fuit ultimo confessus. Et quesivit a me: quando et cui? Et dixi, Domine, non teneor laudare me nec me ipsum vituperare. Pro certo, dixi, ego fui infra parvum tempus circa sexies<sup>30</sup> confessus. Et plura verba habuimus. Et episcopus me ut essem provisus super iuramento Eucaristie usque ad proximam dominicam. Et sic assenciat me ut in proxima dominica apparerem coram eo eodem loco et tempore. Et missus in carcerem fui per tres dies in magna tribulatione et afflictione spiritus super illo iuramento intoxicato, nesciens quodammodo quid facerem, si episcopus non teneret veritatem pacti in illo iuramento. Et Deus pater quoddammodo dereliquit me, ut postea revocaret me. Et pater mendacii inmiscuit falsas calidas temptationes ut me ad falsitatem.<sup>31</sup> In magnis angustiis clamavi ad patrem luminum ut confortaret me et deliberaret a meis tribulationibus, qui confortavit et eripuit Danielelem de lacu leonum. Et dixi: Pater, ista causa tua et tu scis, licet non sum dignus vivere super terram tuam pro multitudine iniquitatum mearum, quod sequitur in ista causa; desideravi voluntatem tuam implere, et si in isto deliqui, aut detestabilia delicta iuventutis mee sunt in causa et ignorantia. Ideo [fol. 94<sup>a</sup>] exaudi me pater et delicta iuventutis mee et tu secundum misericordiam tuam memento mei semper et eripe me de manu peccatoris contra legem agentis et iniqui. Sed anima mea a voluntate tueatur<sup>32</sup> que tue voluntati contrariatur. Et dulcis pater videns afflictionem memor fuit testimonii, ubi dicit: Clamavit ad me etc.,<sup>33</sup> et si in finem permanserit, glorificabo eum. Et ex sua gracia reduxit ad memoriam pactum et modum pacti cum milite sicut prescribitur<sup>34</sup> et quomodo numquam cogitavi nec in mentem ascendit, et nunquam habui voluntatem ad iurandum illud iuramentum, sed iuramentum limitatum a milite. Et exultavi in Domino. Et dilatatum est cor meum in Deo Jesu meo qui eripuit animam meam immaculatam ab isto iuramento iniquissimo, anima eorum sicut dolenter timeo turpissime

<sup>29</sup> In marg. *De hostia consecrata.*

<sup>31</sup> *Falsitatem*, sc. *adduceret.*

<sup>32</sup> *Etc.*: Cod. *et extra.* (*Clamabit ad me et ego exaudiam eum, Ps. xc. 15.*)

<sup>34</sup> Cod. *presbiter* (or *-ur*).

<sup>30</sup> Cod. *sexis.*

<sup>32</sup> Cod. *tuetatur.*



maculata, quia, ut ait propheta : Quoniam absconderunt michi in interitu laqueum sui, supervacue exprobraverunt animam meam. Veniat illi laqueus quem ignorat, et capcio quam abscondit apprehendat eum ; et in laqueum cadat in id ipsum. Tamen autem anima mea exaltabitur [sic] in Domino et delectabitur super salutari suo.<sup>35</sup> Ideo benedictus Deus et pater domini nostri Jesu Christi pater misericordiarum et Deus tocuis consolacionis, qui consolatur nos in omni tribulacione nostra, quia Respicite filii naciones hominum, dicit Sapiens, et scitote, quia nullus speravit in Domino et si confusus est, permansit in mandatis eius et derelictus est. Nunc cantemus Domino ; gloriose enim magnificatus equum<sup>36</sup> et ascensorem eius proicit in mare. Fortitudo mea et laus mea dominus et factus est michi in salutem crucis. Tum karissime contigit quod dies assummacionis ad comparandum coram episcopo pertransiit nullo in iudicio sedente nec continuante processum. Et audiui a legistis quod si quis accusatus in iudicio habeat diem limitatam nullo in iudicio sedente nec continuante quod accusatus non tenetur comparere sine novo processu, et quoddammodo contentatus<sup>37</sup> quod dies ille pertransiit et proxima dominica post diem illum limitatum ductus sum assummacione ante episcopum [fol. 94<sup>b</sup>] et legerunt coram me revocacionem Purvey et voluissent me credere sicut ipse revocasset.

Dixi: Domine, si placeat vobis, aut mirabiliter utuntur legibus in Austro aut non habetis contra me aliquem processum. Quare sic? dixit. In Austro, dixi, est lex approbata, ut si quis habeat ad comparandum coram iudice et compareat nullo in iudicio sedente nec continuante, ipse non tenetur sine novo processu. Ait cancellarius: Dominus meus scit plus iuris quam tui. Scio, dixi, cum legis<sup>38</sup> periti sic me docuerunt. Et scio quod unus Londoniis tentus in custodia pro ista eadem causa et fuit circa septem coram iudicibus qui dederunt sibi locum, diem et tempus ad comparandum ; et ipse comparuit, nullo in iudicio sedente nec continuante processum, nichil postea sibi fecerunt nec potuerunt sine novo processu, ut idem retulit michi et adhuc manet in civitate. Tunc miles cum quo tractavi dixit: Tu non es accusatus per viam partis, sed iudex ait contra te. Pro certo, dixi, si homo non carceratus sed in libertate positus qui potest habere consilium si voluerit ad defendendum se per legem haberet diem et locum et sibi compareat nullo iudicio sedente nec continuante, ipse non tenetur comparere sine novo processu, licet causa esset eadem cum mea ; a multo forciori per legem non ageretis contra me absque novo processu, qui sine advena incarcerationis et absque consilio. Et tunc dixi episcopo: Domine, non habeo aliquid agere cum illa revocacione ; tamen fidem meam eukaristie paratus sum cuilibet dicere.<sup>39</sup> Dicas tunc, dixit. Et dixi sicut prius et cum dixissem, dixi episcopo: Numquid est ista fides ecclesie? Eciam, dixit. Quid nunc vultis plus in me? Tunc dixit miles: Tu dicis quod Christus dicit: Hoc est corpus meum ; ideo oportet se credere quod hoc est nisi corpus suum et sic non panis. Sufficit, dixi, cuilibet fidei credere sicut Christus dicit, non addendo verbis eius. Ecce dixit episcopus: Vel ipse pro certo est extra fidem vel nos ; et verum dixit. Et sic missus in carcerem, die sequente misit episcopus istam scripturam per cancellarium mihi in carcerem: Catholice est tenendum

<sup>35</sup> Ps. xxxiv. 7-9.

<sup>36</sup> Cod. *equum*.

<sup>37</sup> Cod. *contentialis*.

<sup>38</sup> Cod. *legisti*.

<sup>39</sup> In marg. *De Eukaristia*.

et [fol. 95<sup>a</sup>] credendum quod panis et vinum que ponuntur in altari ministerio sacerdotis consecrando post verba consecracionis sunt transubstanciata in verum corpus et sanguinem Christi. Et post verba consecracionis non remanet ibi panis et vinum que prius ponuntur sed ibi est corpus Christi; et lecto argumento eorundem<sup>40</sup> dominus vult quod ad conclusionem predictam et ad quamlibet partem eius R. W. respondeat et precise declaret suam intencionem, in scriptis quidem, et qualiter super premissis sciat et hoc scribat manu. Et dixi ei quod nescivi declarare illam. Et dixit: Dimittam istam istam [sic] scripturam tecum usque ad noctem et hic est papierum [sic] et incaustum; facias quidquid placuerit tibi. Pro certo, dixi, si feceritis michi legem, vos non habetis contra me aliquem processum. O, dixit, quis fecit te hominem legis; numquid per vos scimus tantum de lege sicut et tu? Et sic quia non poterant me capere in sermone, nitebantur in declaracione. Et in crastino venit iterum si scripsissem causam. Non sum declarator, nec scio declarare, dixi; tamen si volueritis mihi prestare bibliam, fidem meam volo scribere libenter. Et recepit scripturam et recessit.

Postea in die Lune vel Martis ante festum Cinerum ductus sum ante conspectum albi canonici cum illo magistro fratre suprascripto et magister habuit verba et plurima dixit, innuendo<sup>41</sup> quod ex quo non essem clericus approbatus deberem consuli et erudiri secundum clericos approbatos. Pro certo, dixi,<sup>42</sup> paratus sum erudiri a quocunque secundum legem Dei, quia ut Augustinus dicit: Si aliquid noxium est ibi dampnatur, si utile est, ibi invenitur, et habundancius ibi quam unquam alibi. Et albus canonicus valde modestus ut apparuit michi dixit: Domine Ricarde scribiter in lege canonum et intitulatur Salomoni qui dicit: Fili mi: Ne inniteris prudencie tue. Et idem: Fili mi, ne sis sapiens apud te ipsum. Pro certo ut spero quia<sup>43</sup> si aliquid dixerō ex proprio capite, tunc contra consilium Salomonis ago. Nichil dicam vel dixi ex proprio capite vel sensu. Et magister dixit: Tota ecclesia credit quod eukaristia post consecracionem non est panis sed est ibi verum corpus [fol. 95<sup>b</sup>] Domini. Ostendatis michi, dixi, illam negativam in lege Domini et paratus sum credere. O, dixit, hic est pincerna episcopi et tu non vis credere quod sit pincerna episcopi nisi videris in manibus eius claves pincerne. Vos estis magister, dixi; allegaretis legem Dei pro vobis non frivola. Non est, dixi, credere de substantia fidei quod<sup>44</sup> sit pincerna episcopi, tibi crederem. Pro certo, dixit magister, est bonum argumentum: Sacramentum est corpus Domini, ergo non est panis. Et multe sunt rationes ad probandum quod non sit panis, quia dominus apparens in rubo Moysi dixit ei: Proice eam a te et proiecit et versa est in colubrum. Sic, dixit, ille panis versus est in corpus Domini. Intelligendo, dixi, quod ille panis versus est in corpus Domini; sed nec scriptura nec doctores dicunt quod substantia virge fuit annihilata vel destructa sed conversa in colubrum. Ecce, dixit magister, quomodo dicit, quod virga non est versa in colubrum. Non taliter dico, dixi. Et dixi albo canonico, Rogo, domine, testificetis, si ita dixerim. Non dixistis ita, dixit. Dixique: Domine, dicam vobis qualiter scio in fide eukaristie. Et dixi semper eodem modo sicut

<sup>40</sup> *Et lecto argumento eorundem; Cod. et 6<sup>o</sup> a<sup>o</sup> corudem.*

<sup>41</sup> *Cod. inmodo.*

<sup>42</sup> *In marg. Eukaristia.*

<sup>43</sup> *Quia, with nec ero written above.*

<sup>44</sup> *Cod. quod quod.*

prius. Et scio, dixi, quod totus populus laycalis ita credidit. Et credidi a iuventute mea quod ista hostia consecrata alba et rotunda est verum corpus Christi in forma panis et usque ad mortem si Deus voluerit volo credere. Et sic credidit magnus Augustinus qui dicit: Quod videtur panis est, quod autem fides postulat instruenda panis corpus Christi est. Et cancellarius dixit: Creditis quod hostia consecrata inter manus sacerdotis sicut iam utitur ecclesia sit verum corpus Christi. Credo, dixi, quod istud sacramentum est tam bonum sicut sacramentum quod Christus tenuit in manibus et dedit discipulis suis. Et ille dixit: Rogo vos Richarde ut consenciatis episcopo. Iam dies appropinquat in quo episcopus sedebit in iudicio. Et dicit quod habet legem sufficientem ad iudicandum vos pro heretico. Bene, dixi, In nomine Domini. Deus scit quod nichil aliud dixi preter legem Dei vel quod potest expresse fundari in scriptura sacra. Et si voluerit me pro isto iudicare hereticum libenter sustinebo. Transeamus, inquit magister; incorrigibilis, ut quid stabimus cum eo? Et recesserunt ad [fol. 96<sup>a</sup>] prandium, ego autem ad carcerem. Et post quindenam iterum sine assumptione ductus sum ante episcopum sedentem in cathedra iuxta ignem; et ante ignem super formula sedebat miles cum quo tractavi, et duo magistri unus Paris predicator et alius prior Augustinus Novicastro et archidiaconus Donelnie et monachus qui vocatur Rome et familia episcopi ad dorsum eorum, ego autem inter eos et ignem. Et cancellarius stans ante episcopum dixit: Magister, dominus meus querit a te, si adhuc volueris scribere intencionem tuam et respondere ad quamlibet vel ad quemlibet punctum istius scripture. Et dixi episcopo, Domine, si volueritis michi agere communem legem, non habetis contra me aliquem processum. Et narraui eis causam sicut prescribitur.<sup>45</sup> Et tunc demonstraverunt michi illud iniquum iuramentum, asserentes quod tenerem illam scripturam per virtutem illius iuramenti. Pro certo, dixi, nunquam intendebam nec nunquam cogitavi illud iuramentum sed iuramentum pacti limitatum in corde meo ab isto reverendo milite; quod fuit istud quod teneo obedire legi Dei in quantum ad me pertinet, et istud paratus sum tenere. Et finaliter dixi in eodem tempore huic venerabili militi cum quo tractavi quod nunquam iurarem iuramentum; et vos dixistis michi in eodem tempore: Non dixistis: Iures tu iuramentum in corde tuo limitatum. Istud miles negavit. Dixi ei, Deus scit quod ita fuit. Et dixi episcopo Domine: Eodem tempore dixi vobis quod iuramentum pacti in corde meo limitatum a milite, hoc volo si volueritis iurare; et vos dixistis: Iures tunc. Tunc et ego credidi. Deus scit quod non reciperetis a me nisi iuramentum pacti in corde meo limitatum, sicut et pactum voluit. Et similiter dixi. Miles hoc dixit michi, Si vellem iurare illud iuramentum in corde meo limitatum; ut non peterem questiones, vos solveretis me ab alio iuramento; si dixit, dixit miles. In quo discrepat istud iuramento a tuo? dixit. In toto, dixi; et pactum non tenetur in aliquo. Et dixi: Magnum peccatum est homini in dolo tractare cum fratre suo. Et miles surrexit: Dicis tu, dixit, quod ego tractavi tecum in dolo? Non sic dico, dixi, quia nescio cor vestrum, neque novi quare dicerem sic de vobis, sed ego generaliter quod est magnum peccatum cuicumque [fol. 96<sup>b</sup>] in dolo tractare cum fratre suo.

Tunc episcopus dixit: Ricarde, tu non potes demonstrare quin tu

\* Cod. *fablier*.

iurasti istud iuramentum quia hic sunt duo notarii et plures alii qui volunt iurare quod non coactus sed libere iurasti istud iuramentum. Pro certo dixi, si scirent modum pacti et timerent Deum, non testificarent contra me. Ideo invoco Deum cum omnibus sanctis suis ut ipsi testificentur michi in die iudicii, quod nunquam cogitavi nec fuit intencio mea nec unquam ascendit iurare illud iuramentum. Et Rome dixit michi: Ricarde ne inveniariis falsus pro pudore ecce omnes <sup>46</sup> testificantur contra te. Et dixi ei: Si dicerem quod iurassem falsissimus essem, quia Deus cum omnibus sanctis scit quod nunquam cogitavi illud. Et plura alia habuimus, et finaliter de sacramento altaris tenui me semper in eodem sensu sicut prescribitur. Tandem dixit michi episcopus: Ricarde, tu fore es in relapsu, ideo caveas. Dixi: Domine, vos potestis mecum facere quidquid volueritis. Et monestavit me primo, secundo et tercio, ut scriberem intencionem meam ad illam scripturam; et non respondi ei verbum. Et denunciavit me excommunicatum et iam assumavit me ut crastino comparerem eodem tempore et loco. Et in crastino apparui coram eo sedente in cathedra et Parys frater cum archidiacono sedebat super formulam, alii tres recesserunt et populus domus ad dorsum eorum; et ego steti iuxta ignem. Et cancellarius stetit coram episcopo. Et cancellarius dixit: Ricarde, dominus meus petit a te, utrum adhuc volueris scribere intencionem tuam. Et si volueris, dominus meus erit graciosus. Et ego dixi episcopo: Domine, si placet, per legem incipiat contra me novum processum. Et ille Paris dixit: Ricarde, miror quod nullus adderet ad legem Dei, quia tunc tota ecclesia errat, quia ecclesia addidit ad verba consecracionis sanguinis 'mysterium fidei,' quia nec Christus nec Paulus qui solummodo docuerunt verba istius sacramenti non docuerunt illa verba. Et legebat in biblia Mathei, Luce et Marci cum Paulo. Ecce, inquit, Ricarde; hic non inveniuntur illa verba. Pro certo, dixi; Paulus habet illa verba in pluribus locis. Non est ita, dixit. Scio bene quod sic, dixi. Tamen oportet nos concipere quod lex Dei [fol. 97\*] non stat principaliter in characteribus, scilicet in pergameno et incausto, quia tunc esset lex Dei falsissima, quia multe biblie sunt libri falsissimi. Et finaliter tunc lex Dei faceret finem cum isto mundo; quod est contra verbum Christi qui dicit, Celum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Et scio quod sciencia Christi non maioratur nec minuitur per verba illa, ideo non est addicio. Et rogavi fratrem, ut legerem Paulum in eodem loco parum post, quomodo ipse tractat de sacramento dicens illud esse panem. Non, dixit episcopus; est nimis longum legere Paulum nunc, quod istud sacramentum non est aliud nisi corpus Domini. Et magnus Augustinus, dixi, dicit: Quod videtur panis est. Et archidiaconus dixit: Est panis spiritualis. Quomodo possit esse spiritualiter, dixi, quam corpus Domini. Et recepi stramen in manu mea et dixi: Si possibile esset quod Christus personaliter hic staret et diceret: Hoc est corpus meum, numquid non crederem hoc esse corpus suum? Et episcopus dixit: Pro certo pertinaciter defendit errorem suum. Tunc dixit cancellarius: Legatis sententiam. Do tibi vocem meam, quia impeditus sum per infirmitatem. Et cancellarius dixit: Ricarde, tu dixisti michi quod nesciebas declarare intencionem tuam. Nos tamen scimus quod sic, quia nos habemus de declaracione tua. Et sic dedit sententiam

<sup>46</sup> Cod. omne.

excommunicando me maiori excommunicacione et fore hereticum et continuare in carcere, usque providerunt tempus ad degradandum me, et omnia bona mea tam mobilia quam immobilia confiscari. Et sic non obstante protestacione mea hereticarunt me; et ut michi apparet, absque processu, et pro illo nescio facere, nec teneor facere. Et fundat se super iuramento quod nunquam cogitavi iurare et tamen, ut michi apparet, si in voluntate mea iurasset illud iuramentum cum per legem non teneor ad illud obligari, quia in principio illius iuramenti scribitur: Ego Ricardus Wicz, Virgoniensis diocesis R. et ego non sum talis, quia non sum illius diocesis, ergo etc. Quis unquam audivit tale iudicium mirabile? Et in fine iudicii appellavi papam, et dixerunt: Tarde venisti. [fol. 97<sup>b</sup>] In nomine Domini, dixi. Et frater Parys dixit: Per Deum; Deus [sic] fecit maiorem caritatem, iudicando te hereticum, quam si mille pauperes ad prandium cibasset. Et quid, dixi, pro quo essem hereticus? Nichil aliud dixi preter legem Dei nostri. Pro certo si possibile esset Christum personaliter coram vobis stare, iudicaretis ipsum hereticum, sicut et me. Et dixi populo: Rogo testificetis quod hec est fides mea quam sexies coram eis dixi: Credo quod venerabile sacramentum est verum corpus Christi et verus sanguis in forma panis. Et sic misit me in carcerem. In quo continuo etc. habens cibum et potum competenter, gratias agens Deo. Et bonus Deus noster ex sua gracia visitavit me per magnam strictitudinem in ventre, per quam habeo et habui magnam penam aliquando purgare ventrem meum, quia aliquando per novem dies non habui quantitatem unius purgacionis et emeraudes<sup>47</sup> tenuerunt me bis et sanguinarunt quodammodo fortiter, et sic quod pudor est dicere. Tamen oportet me ita facere vel non vivere et purgacio mea est dura sicut purgacio eius. Ista sunt secreta mea.

Ideo si placet vobis secrete custodite ea; non plura scribo vobis et mittatis Bhytebi ut secrete legatur magistro meo de Balknolle et Bynkfeld, cum videritis tempus, et salutetis me Johanni Maya cum uxore sua ista salutacione, ut quietam et tranquillam agant in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram Deo salutare nostro, qui det eis gratiam per verbum eius fieri filii eiusdem, attendentes sicut filii karissimi verbis eius ubi dicit: Et si patrem familias Belzebug vocaverunt, quanto magis domesticos eius. Et alibi: Si mundus vos odit, scitote quia priorem me vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Sed quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote ergo sermonis mei quem ego dixi vobis: Non est igitur servus maior domino suo; <sup>48</sup> si me persecuti sunt et vos persequentur. Ista verba fidelissima sunt. Ideo si voluerint esse de familia Dei, exponant se pro Deo Salvatore suo ad humiliter paciendum exprobra et detracciones et huiusmodi scandala, et respiciant Christum patrem familias ante [fol. 98<sup>a</sup>] oculos mentis penas quodammodo infinitas pro peccatis nostris patientem. Et ista non nocebunt sed inducent animam exultantem et Dei benedicionem, ut ille magister testatur: Beati eritis cum vos oderint homines et exprobra[verint]<sup>49</sup> et eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter filium hominis.

<sup>47</sup> Cod. *emeraudis*.

<sup>48</sup> Cod. *Mementote ergo in q. s. l. s. vo.; non est igitur m. d. s.* Cf. John xv. 18-20.

<sup>49</sup> Cod. *exprobra*.

Gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celo. Rogo salutetis me filie eiusdem, et ut servet virginitatem sponso suo Christo, non mundo, quia si gloriaretur propter virginitatem laudari a mundo, servat eam mundo, non Christo suo sponso pulcherrimo. Si gloriatur laudari a sponso Christo pulcherrimo propter puritatem virginitatis, virgo est Christi, servans se Christo sponso suo et non mundo. Et sic via illius via angelica, et ut sponsus dicit: Angeli eius semper vident faciem patris mei, qui in celis est, quia puritas mentis servata a corruptione inimici est angelus, per quem videt Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unum Deum, residentem in anima quasi regem in solio suo. Ideo deprecetur die ac nocte Deum infinite providencie, ut si sibi placeat eam corporaliter desponsari ei sponsum providere, quia ex quo ipse est infinite formositatis quis potest resistere ei? Ne debet sibi in sponsum quemcunque voluerit, et cum sit infinite sapientie, quis meliorem scit sibi eligere sponsum, et ex quo est infiniti amoris et ex amore semper disponit optimum sue creature, ideo dicat anime sue, videlicet dicat cum Psalmo: Spera in Domino et fac bonitatem et inhabita terram,<sup>50</sup> et pasceris in diviciis eius. Delectare in Domino, et dabit tibi petitionem cordis tui. Revela Domino viam tuam et spera in ipso, et ipse faciet ut non incidat in carnalia desideria que militant adversus animam.<sup>51</sup> Quia super eos, ut dicit angelus, qui ita coniugia suscipiunt, ut Deum a se et sua mente excludant et sue libidini ita vacent, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus, habet demonium potestatem. Ideo dicat cum Sara: Domine, tu scis quia non luxurie causa accipio sponsum sed solum propter posteritatis<sup>52</sup> dileccionem ut videat filios filiorum suorum pacem super<sup>53</sup> Israhel in secula seculorum. Amen. Et consalutetis me fratri meo Roberto Herl qui in causa Dei et quodammodo pro me suscipit [fol. 98<sup>b</sup>] obprobria, quia dictum fuit michi circa Quadragesimam, quod cancellarius episcopi ad Novumcastrum venit ad explorandum Lollaros, et invenit unum ibi quodammodo magistrum Lollarorum, cui nomen Robertus, et ad istum venisset ad me visitandum et mecum sederet ad me confortandum. Sed ut spero Deus pro se melius disponit. Disponat igitur se ad imitandum dulcissimam vitam Iesu Christi. Et dicat cum Apostolo: Gracia Dei sum id quod sum et gracia eius in me vacua non fuit; ne perdat gratiam quam pater celestis ex suo magno amore condonavit; quia cum pater noster dedit filium suum unigenitum<sup>54</sup> ad maximas penas et obprobria propter amorem quem habuit ad ipsum et ad nos miseros, quomodo posset esse quod pater noster, dando quemquam ad penas et obprobria et huiusmodi in isto mundo miserissimo, ubi vita ista comparata vite celesti potius diceretur mors quam vita, quin ex thesauro sue magne dileccionis diligit ista diligentes. Respiciat igitur quomodo terrigenae desiderant partem<sup>55</sup> de testimonio mortuorum, ita colligere de testimonio Domini dominorum. Sed fors omnis thesauri non legavit in testamento suo dilectis secularibus prosperitatem mundanam vel secularia desideria, sed penas, afflictiones, flagellationes, electiones a populo, similiter mortem ponderosam, quia ipsemet dicit in

<sup>50</sup> Col. Apoc. i. 12. 13. Cl. Ps. lxxv. 3.

<sup>51</sup> I. Pet. ii. 11. Col. qu. viii. 2. 3.

<sup>52</sup> Col. ii. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Cl. Ps. lxxv. 6.

<sup>53</sup> Col. viii. 1.

<sup>54</sup> Col. i. 14. 15.

<sup>55</sup> Col. i. 12. 13.

testamento suo, Tradent enim vos in conciliis etc. per scandala et maliloquia, et ante reges et presides ducemini propter me in testimonium illis. Et alibi: Absque synagogis faciant vos per excommunicationes; sed venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare Deo, et hec faciant vobis, quia non noverunt patrem neque me.<sup>56</sup> Ideo dicat, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua; super mel ori meo,<sup>57</sup> quia ad ista sequitur vita eterna. Non ipse Christus testatur dicens, Vos estis qui permansistis mecum in temptacionibus meis: et sequitur, Dispono vos, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Et alibi, Beati, qui persecucionem paciuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati eritis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos mencies, propter [fol. 99<sup>a</sup>] me. Gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis. Ideo in finem sequamur Christum ducem milicie scolarium suorum attendentes doctrine magistri dicentis: Qui vult post me venire abneget etc. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui perdidit animam propter me, inveniet eam in eterna vita manentem cum Christo rege regum per infinita secula seculorum Amen.

Et salutetis me Laudens et Grene cum uxore sua et dicatis Grene ne oblique agat, quia duo sunt que odit Deus, divitem et mendacem et pauperem superbum, quia non habitabit in medio domus dei qui facit superbiam. Et salutatis me matri vestre cum filia eiusdem, uxore vestra, omnibus salutacionibus premissis in vitam eternam et perpetuam benedicionem. Et salutetis me omnibus dilectis Dei in osculo pacis, et oretis pro me ut Deus ex sua magna misericordia dirigat vias meas ad perseverandum in finem, quia qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Similiter rogo vos ut velitis respicere in parva et stra nauca;<sup>58</sup> et ibidem invenietis tres quaternos continentes quatuor evangelia in uno, et scribitur in textu Matthei, Marci, Luce et Johannis cum rubeo incausto et in superiori margine: Prima pars, secunda pars, tertia pars et cutem<sup>59</sup> cum rubeo incausto. Et similiter duas proprietates tractantes de iusticia et iure continentes circa duodecim vel tredecim vel quatuordecim capitula. Et primum capitulum incipit in tercio vel in quarto folio<sup>60</sup> et tractat de iusticia et iure, et in primo folio<sup>60</sup> quaterni et secundo est<sup>61</sup> recapitulacio capitulorum.

Et prestetis michi illos quinque quaternos ob amorem Dei viventis et si caritas urget vos et habueritis equum, potestis portare illos quaternos ad unum presbyterum commorantem quodammodo iuxta ecclesiam aclude [sic] sancti Andree, qui ut credo vocatur Henricus de Topcliff, quia ipse habet fratrem in Topcliff qui desponsatur sorori domini Wilhelmi Corpp. Et iste presbyter si potuerit faciet ut habeam, et sic quidquid volueritis ad me. Si vos non potestis sibi venire, conducatis servum Grene, ut ipse sapienter veniat ad sacerdotem predictum; et si presbyter predictus mittat vobis aliquid, ex suo capite mittet, [fol. 99<sup>b</sup>] non ex meo. Et sic similiter mittatis sibi quidquid voluerit et non michi et similiter prestetis mihi

<sup>56</sup> Cod. sed e. q. m. t. u. ar. se. ob. p. Deo. Et hec fa. vo. q. non. n. patrem neque me.

<sup>57</sup> Cod. tuo.

<sup>58</sup> Cod. in pva e stra nauca.

<sup>59</sup> Cod. et cut.

<sup>60</sup> Cod. filio.

<sup>61</sup> Cod. et.

quadraginta denarios et recipiatis a fratre meo. Et si non potestis invenire illos quaternos, invenietis in alia cista quinque libros Moysi vel Salomonis scriptos in papiro de manu vestra propria ut mihi apparet; prestetis mihi intuitu caritatis. Rogo formetis argumenta<sup>62</sup> et mittatis ad sacerdotem predictum sapienter. Rogo vos custodiat is ta sub consilio et ne reveletis nisi eis, qui ob amorem mei volunt sub consilio custodire propter custodes meos, licet ipsi sint iuvenes, quia nesciunt de isto usque videritis quid faciant mecum. Aliqui dicunt quod facient diem sollempnem. Amen et cetera.

THE DRAFT DISPENSATION FOR HENRY VIII'S MARRIAGE WITH  
ANNE BOLEYN.

READERS of Brewer's 'Reign of Henry VIII,' or of his introduction to the fourth volume of the 'Calendar of State Papers' of that reign, are familiar with the striking, and indeed extraordinary, document that Henry was bold enough to demand at the hands of Clement VII to enable him to marry Anne Boleyn as soon as the nullity of his marriage with Katharine should be established. This document, which was only discovered a few years ago—or at all events never was read with attention before—would alone have sufficed, in the absence of all other evidence, to prove the truth of the long-discredited statement of Sanders about Henry's intrigue with Anne Boleyn's sister, Mary. The fact, indeed, might well have seemed incredible, seeing that in itself it presented an obstacle to Henry's marriage with Anne quite as great as the affinity on which he relied to invalidate his marriage with Katharine. But still more inconceivable, apart from authentic evidence, is the idea that Henry seriously asked, or even thought of asking, the pope not only to recognise his first marriage as null because made with a brother's wife, but to allow him to celebrate another with a mistress's sister. That he did so, however, is clearly shown by the draft dispensation in our own archives, which is distinctly worded so as to cover any objection arising from 'affinity, contracted in any degree, *even in the first, ex illicito coitu.*' And that this was not a mere idle attempt at diplomacy abandoned as unworkable we have now a still more striking piece of evidence; for it appears that a draft dispensation to all intents and purposes the same was actually presented to Clement VII at Orvieto, and, stranger still, was docketed by the papal secretary, Motta, as registered in the apostolic chamber.

A copy of this document is appended, with notes showing the principal variations between it and the draft in our own record office. Mr. Bliss, who has sent the transcript from Rome, writes that 'those conversant with the forms of the papal chancery say that the decretal could not have been registered before being ex-

<sup>62</sup> Cod. ar<sup>62</sup>.